



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri
Vltraiectini**

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIII.

Lactantij Firmiani locus illustratus. Cap. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70886)

LACTANTIVS Firmianus Arnobij discipulus lib. 3. Institutionum cap. 19. ubi de anima & morte agit, inter cetera sic inquit: Quid ergo timemus, nisi autem errare illos, qui aut mortem optant tanquam bonum, aut vitam fugiunt, tanquam malum? nisi quod sunt iniquissimi, qui paucis mala non compensant bonis pluribus. Nam cum omnem vitam per exquisitas & varias tradunt voluptates, mori cupiunt, si quid forte his amaritudinis supervenerit, & sic habent, tanquam illis vitam quam fuerit bene, si aliquando fuerit male. Dignant igitur vitam omnem plenamque nihil aliud quam malis opinantur. Hinc nata est inepta illa sententia. Hanc esse mortem quam nos vitam putamus, illam vitam quam nos pro morte timeamus. Sententia haec, quam hoc loco ut ineptam exagitat Lactantius est Euripidis, viri quidvis potius quam inepti: de quo Cicero pronunciare non dubitavit, se singulos eius versus singula testimonia putare. Cuius ergo versus Gracos, quos Lactantius Latinis versibus extulit, non gravabor in medium adducere. Versus igitur hi sic leguntur apud Gracos scriptores:

Τὸ δ' οἶδεν εἰ τὸ (λέω μὲν ὅτι κατὰ θεὸν,
τὸ κατὰ θεὸν δὲ (λέω ὅτι) βροτῶν.
Eandem hanc sententiam, etiam pluribus verbis, Euripides alio loco, teste Stobaeo, extulit, hoc modo:

Ant. Mure
Varia Lectio
LII
28

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῶν μὲν ἔστι, ὃ κέκλιον θανεῖν,
 τὸ ζῶν δὲ θνήσκων ἔστι, πλὴν ὅμως βροτῶν
 νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἷδ' ὀλωλότες
 οὐδ' ἐν νοσοῦσιν, εἰ δὲ κέκλιον κακὰ.

Versibus duobus Euripidis, superius allatis, hoc modo parodicè usus est Aristophanes in βαζαρχίαις:

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῶν μὲν ἔστι κατθανεῖν.
 τὸ θανεῖν δὲ θανεῖν ἢ τὸ κατθανεῖν κώδιον.

Callimachi versus restitutus

CAP. XII.

CIRCUMFERTUR apud auctores versus quidam Callimachicus, quem haec lenus corruptum, nos iam suo nitore restituemus. Atque hic vsui venit, quod in multis auctoribus vsu venisse, nemo est vel mediocriter in litteris versatus, qui ignoret; nimirum ut glossa pro textu ponatur: quod quo facilius agnosci possit, versum Callimachi, ut vulgò legitur, in medium adducam.

Ἄεϊ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.

Quo in versu omnino (nisi mea me fallat opinio) glossa in contextum irrupit: quare puto ego (ne sim longus) sic hunc versum legendum esse:

Ἄεϊ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.

Atque ita legendum esse, vnus abundè locuples testis erit Etymologici auctor, qui in dictione μικροῦς, citat partem huius versus, (et legit expresse

F 5 pro